

taxer in suo Motu proprio incipit. Ad Romanum spectat, &c. Ann. 1588. ubi quod cum multi dubitauerint, an Decretum Concilii Tridentini de sponsalibus de futuro, vel etiam de matrimonio de presenti non consummato, sic sit; Auctoritate Apostolica renore presentium declaramus, & definimus Decretum Concilii huiusmodi omnino intelligendum esse, & procedere in sponsalibus de futuro duntaxat, non autem in matrimonio (sic ut praefertur) contracto: sed in eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis casibus, & gradibus, quibus de iure veteri ante praed. Decretum Concilii, introductum erat: ita obseruant Nauar. in Manuali Latin. cap. 22. numero 57. Henriquez lib. 12. de matrimonio. cap. 10. numero 2. Greg. de Valent. quarta parte. diffinitione 10. questione 3. puncto 3. ubi de impedimento publicae honestatis, & Thomas Sanchez d. lib. 7. diffinitione 70. numero 7. ubi addit sibi non placere temperamentum, quod adhibet Emanuel Saa, verborum matrimonium numero 12. ubi ait: si id matrimonium sit occultum, & manifestum sit fuisse irritum, non oriri impedimentum, & numeris sequentibus Sanchez ubi supra alia declarat, & deducit in proposito vitia apud ipsum videnda.

24 Et congregatio Illustris, Cardinal censuit quoque ex matrimonio per verba de presenti copula non sequatur non oriri affinitatem: remanet tamen impedimentum hoc vterioris gradus ex d. declaratione Pij V. & quod ita etiam fuit decretum, inquit Farinat. supra d. Decreto. & c. 3. filio 79. per Congreg. die 27. April. 1568. & de ordinatione Sanctissimi, & quod praeter Cardinales interfuerunt omnes Priores Ordinum, & tres Reuerendissimi.

25 Et hoc impedimentum publicae honestatis iustitiae ex matrimonio irritum conuersum non est restrictum per Concil. Trident. d. cap. 3. ad primum gradum, sed durat vsque ad quartum, ut declarauit Pius V. in praed. suo Motu proprio, & cum pluribus Auctoribus bene tenet, & probat Sanchez, ubi supra. numero 16. contra alios, qui d. Motum proprium non videntur, quos ibi quoque refert, & numeris sequentibus alia declarat in proposito vitia.

26 De conditionali autem matrimonio, nempe contracto sub conditione de futuro honesta, an ex eo oriatur hoc impedimentum publicae honestatis iustitiae, late ibi quoque agit Sanchez numero 20. usque in fin. & resoluit contra Petr. de Ledesma. verius multo esse ante conditionis euentum nullum oriri impedimentum post euentum vero conditionis diuersimode tenendum, & loquendum esse iuxta diuersas sententias. Nam si teneamus non perfici matrimonium ante nouum consensum, sed eum contractum tunc habere vim sponsalium absolutorum, ut sustinet valde probabilis sententia, quam retulit lib. 5. diffinitione 8. numero 3. dicendum est ante nouum consensum perficientem matrimonium oriri impedimentum publicae honestatis, sicut ex sponsalibus absolutis, nimirum vsque ad primum gradum, at tenendo statim eueniente conditione perfici absque nouo consensu matrimonium absolutum, quod ipse tenuit d. diffinitione 8. numero 5. dicendum omnino esse oriri impedimentum vsque ad quartum gradum, sicut ex matrimonio, ut ait idem Petrus de Ledesma. Ego in hoc potius adhaereo opinioni Theologorum, quae habet non effici matrimonium adueniente conditione, sed tantum sponsalia, nisi nouus consensus accedat, ut late probauit lib. 1. Canon. questionum. cap. 22. numero 21. cum sequentibus, ac proinde teneo in questione, de qua nunc hic agimus, ante nouum consensum perficientem matrimonium, hoc impedimentum publicae honestatis iustitiae oriri vsque ad primum gradum tantum,

praesertim cum sententia Theologorum, quam probauimus d. numero 21. sit communis, & probabilissima, ut fatetur idem Sanchez d. lib. 5. diffinitione 8. numero 3. Praeterea cum hodie proculdubio sit etiam seruanda, secundum formam Concilii Tridentini, ut affirmat Didac. Perez in l. i. titulo 1. lib. 5. Ordinum. filio 41. quem etiam adduximus ubi supra. numero 22.

CAPITVLVM CIII.

De impedimento disparis cultus.

SUMMARYM.

- 1. Matrimonium inter dispares cultus est nullum, veluti Fidelis cum Infideli.
- 2. Potest tamen in hoc Papa dispensare, ut in numero 2.
- 3. Matrimonium inter personam baptizatum, & catholicam non est irritum.
- 4. Matrimonium inter Haereticum, vel Apostatam, & Infidelem non valet.
- 5. Sponsalia inter Fidelem, & Infidelem an valeant in conditione, si hoc conuertatur?
- 6. Matrimonium inter personam Fidelis cum Haeretico, vel Apostata a Fide est validum, quamuis non sit licitum.
- 7. Matrimonium contrahens cum persona Haeretico, vel Apostata a fide peccat mortaliter.
- 8. Pacta matrimonialia quod unus ex filijs nascitur fidei Catholicae adherent, & aliter Haerese sunt prouisa nulla, & irrita.
- 9. Sponsalia contracta inter Fidelem, & Haereticum, vel Apostatam sunt nulla.

Matrimonium inter dispares cultu, nempe, Fidelem, & Infidelem est nullum, ut omnes fatentur absque controuersia tam Theologi, quam Iurisperiti: vetitum namque matrimonium Fidelis cum Infideli, iure diuino, naturali, ac proinde secluso quouis iure Ecclesiastico nullatenus licebit, nisi in aliquo speciali euentu ita vrgens causa occurreret, ut ratio id matrimonium tunc ineundum diceret, ut cum Soro, & aliis late probat Thomas Sanchez lib. 7. de matrimonio, diffinitione 71. numero 5. ubi numero 6. quod tota difficultas est, an ita iure diuino id matrimonium interdictum sit, ut eodem iure sit etiam irritum? & refert quosdam tenere affirmatiuam partem, & eorum fundamenta: verum numero 7. inquit multo verius esse non esse id matrimonium irritum aliquo iure naturali, diuino, aut diuino positio, sed solum iure Ecclesiastico, ut ibi late probat allegans quamplurimos DD. Theologos hanc partem tenentes, & D. Couar. in quarto Decret. secunda parte, cap. 6. §. 11. numero primo, Anton. Cuch. lib. 5. Instit. Maior. titulo 12. numero 92. Martien. in rubrica glossa prima, numero 159. titulo 1. lib. 5. nou. Collect. Reg. Calderin. & alios Canonistas, estque communissima haec sententia, secundum ipsum Sanchez ibidem in fin. d. numero 7. ut re vera constat ex numero Authorum eam tenentium: quinimo ut idem Author ibi numero 8. late discursu, fatendum est nullum esse textum, quo haec irritatio inducatur, & ita non habere aliquam lege Ecclesiastica scripta, sed ex receptissimo Ecclesiae vsu vim legis obtinente, & ex Apostolorum traditione, ut docent Soto in quarto. diffinitione 39. questione vna. articulo 2. columna 5. versiculo hac autem, Petrus de Soto, Ledesma. Valent. Veracr. Bellarmin. Enriquez, Petrus de Ledesma. & alij relati per Sanchez, ibidem.

Qui

Qui numero 10. ex supradictis deducit posse ex Pontificia dispensatione contrahi matrimonium inter Fidelem, & Infidelem. eum Pontifex dispensare possit in omni iure Ecclesiastico; quo ateano matrimonium hoc irritum est, ut in terminis tenent plures Auctores, quos ibi ad hoc refert: & tandem inquit, quod quamuis absque vrgentissima causa ea dispensatio concedi non possit, valebit tamen matrimonium virtute illius dispensationis iudicatum, ut ibi late probat cum Soro, & Barthol. a Ledesma.

Similiter inter personam baptizatum, & catholicam non est irritum matrimonium, quia catholica mensa baptismi, qui sacramentorum ianua est, caret, quamuis fidem teneat, & in gratia constituta esse possit, & hoc est quod inquit tex. in cap. caue. 23. questione 1. si Christiana sit, non est satis, nisi ambo initiati sitis sacramento baptismatis, ubi glossa verbo si Christiana explicat, id est, catechizata, & ita tenent, & docent communiter Theologi, & alij, quorum plurimos refert, & sequitur Thomas Sanchez ubi supra. numero 2.

Vbi numero 4. tenet non valere matrimonium si Haereticus, aut Apostata cum Infideli contrahat, eo quod illi tanquam vere baptizati subduntur legibus Ecclesiae matrimonium hoc irritantibus.

An vero valeant sponsalia inter Fidelem, & Infidelem sub ea conditione, si hic conuertatur, & impleta conditione fiat omnino legitima, agit late idem Sanchez lib. 5. de matrimonio, diffinitione 5. numero 2. cum sequentibus, ubi numero 23. resoluit, & bene probat impleta conditione esse vera sponsalia, quam sententiam quoque tenent alij plures Auctores, quos ibi citat, & probatur in l. 15. ibi, Pero el Christiano desposarse puede con miger que no sea de su ley. sobre tal pleito que se torne ella Christiana, antes que se cumpla el casamiento, & si non se tornare ella Christiana non valdran las desposasas. tit. 3. partia 2.

Matrimonium autem personae Fidelis cum Haeretico, vel Apostata a Fide secundum communem, & receptissimam sententiam Theologorum, & Iurisperitorum est validum, quamuis non sit licitum, ut constat ex quamplurimis Authoribus vtriusque Scholae, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez d. lib. 7. de matrimonio, diffinitione 72. numero 2. contra glossam in cap. fin. verbo contra substantiam de condit. app. Hostien. in cap. 2. numero 1. de coniug. seru. & ibi Anchar. numero primo. Carrer de Haeret. numero 159. Simanc. de Instit. Catholice. titulo 40. numero 46. & Rojas singul. 122. numero vno, tenentes esse irritum praedictum matrimonium, ut expresse habetur in Canone 75. sexta Synod. general. & probatur expresse l. 15. in principio, titulo 2. partia 2.

Nihilominus tamen prior sententia verior, & eorum tenentis est atque tenenda, secundum Greg. Lopez ibi in glossa, in con. Haeretic. & probatur aperte, ut inquit ipse, & bene in cap. decretum in versiculo quod intelligendum, ibi: nisi forte, de Haer. in 6. eamque sequitur D. Thom. & insinuat alij Theologi Nauar. Couarr. Matien. Ant. Cuchus, & alij quamplurimi conuerti per Sanchez d. numero 2. neque obstat Canon in contrarium supra relatus, quia Canonis illius sextae Synodi auctoritate Concilij sunt destituti, secundum Sanchez d. numero 2. & iterum 7. ubi etiam respondet ceteris fundamentis contrariis.

Fatentur tamen omnes matrimonium Catholicae personae cum Haeretico, vel Apostata esse peccatum, & multi dicunt, & verissime, esse mortale, quia contrauenit iustissimo Ecclesiae praecipio interdicti id matrimonium, propter periculum fidei imminens coniugi Catholico ac proli, ut late & bene cum aliis tenet, & probat Sanchez, ubi supra. numero 4.

Numero 5. excipit loca, in quibus Haeretici non denunciati, nec notorii clericorum percussores cum Catholicis permixte coniuuant, ut in Germania, Gallia, Polonia, in his enim ex consuetudine recepta, & tolerata licent coniuugia Catholica personae cum Haeretico, dummodo Catholica libere permittatur, & absque peruersionis periculo in Fide permittantur, ut ibi probat.

Padra vero, quae in coniuugijs quandoque inuentur, ut quidam ex filiis nascitur, Fidei, alij autem Haeresi adhaerent, sunt profus impia, & irrita, ut cum Nauar. & Agor probat, ibidem Sanchez numero 6.

Vltimo obseruandum est, sponsalia iura inter personam Catholicam, & Haeticam, vel Apostatam esse irrita, quia promissio illa est de turpi, & omnino illicita, & ideo nullam sponsalium obligationem inducere potest. Secus quod Nauar. lib. 4. consil. titulo de sponsal. in prima editione, consilio 33. numero 6. & in secunda, consilio 3. numero 6. quem refert, & sequitur Sanchez d. diffinitione 72. numero 6. Sed & alia plura de matrimonio inter Infideles celebrato vno eorum ad fidem conuerso examinat latissime Tho. Sanchez d. lib. 7. diffinitione 73. cum sequentibus vsque ad 77. inclusus, quae omnia hic consilio omittimus, quoniam in his Regnis Hispaniae Dei misericordia opus non habemus praed. questionibus.

CAPITVLVM CV.

De impedimento criminis.

SUMMARYM.

- 1. Adulterium quando impedit matrimonium contrahendum merito alterius coniugis & quando non? numero 2.
- 2. Text. decedens non licere ducere in uxorem, quam pollut per adulterium, quomodo sint intelligendi?
- 3. Machinatio in mortem coniugis si ab uno tantum fiat sine adulterio non impedit nec dirimit matrimonium.
- 4. Crimen impediens, & dirimens matrimonium est, quando cum adulterio interuenit machinatio mortis alterius coniugis.
- 5. Ampliatur numero 6. ut procedat etiam in machinatione coniugis Infideli a coniuge Fidele.
- 6. Et numero 7. in cooperante consilio, & mandato.
- 7. Retrahitur de conditione coniugis, vna cum adulterio, non sufficit ad impediendum matrimonium cum superfluo.
- 8. Machinatio mortis alterius coniugis morte non sequente non sufficit ad impediendum matrimonium.
- 9. Veriusdum an sufficit ad impediendum matrimonium?
- 10. Veriusdum factum ab uxore alia causa, quam contrahendi matrimonium non sufficit ad ipsum impediendum.
- 11. Machinatio in mortem coniugis, simul cum adulterio an sufficit ad impediendum matrimonium, facta ab uno coniuge cum alio extraneo?
- 12. Adulterium subsequens machinationem in mortem alterius coniugis facti est, quod fiat durante matrimonio, hoc est, ante mortem alterius coniugis, ad impediendum matrimonium.
- 13. Adulterium cum machinatione mortis alterius coniugis, requiritur, quod sit notum virgine, ad hoc ut matrimonium sequens impediatur, ut hic? & ampliatur numero 15.
- 14. Adulterium simul cum machinatione mortis alterius coniugis, ad hoc ut impediatur matrimonium, an requiritur

Bb liij requir

- requiritur, ut fiat in eum finem, ita ut non sufficiat, quod in alium fiat? & numerus sequentibus.
- 23 Occidens uxorem propriam, animo aliam incertam ducendi, licet peccet contrahendo matrimonium, tamen valet.
- 24 Intentio requisita necesse est alterius coniugii inveniendi alium matrimonium an in dubio presumatur, siquidem occasione ad impediendum matrimonium?
- 25 Matrimonium praecedens debet esse validum, ad hoc ut adulterium tum machinatione mortis sequente alterius coniugii impediatur matrimonium futurum, secus si fuisse irritum etiam bona fide existente.
- 26 Michaelis Palaty opinio simpliciter loquens in materia uxoricidii improbat.
- 27 Adulterium committens simul cum fide data de matrimonio contrahendo post mortem alterius coniugii, impedit matrimonium contrahi ac dirimit, idem est si de facto contrahatur durante primo matrimonio, ut in numero 27.
- 28 Uxorcidium, ad hoc ut impediatur, & dirimat matrimonium, plures condiciones requiruntur, de quibus hic.

Adulterium cum machinatione mortis alterius coniugii: vel adulterium data fide de contrahendo post coniugii mortem: vel cum contractu matrimonij de praesenti cum adultera, matrimonium subsequens dirimit, adulterium ergo solum non obstat matrimonio contrahendo, cap. significasti de eo qui dux. in matrim. quam pol. per adult. cap. si quis vivente 11. quest. 1.

2 Ex quibus iuribus supplendi, & intelligendi sunt text. in cap. primo, & in cap. illud vero 30. questione 1. generaliter fluxuente nulli licere ducere in uxorem eam quam prius polluit per adulterium, nempe quando cum adulterio concurrat vnum ex dictis duobus criminibus, alias enim licitum est matrimonium cum illa, ut patet ex prioribus iuribus supra allegatis, & constat ex Divo Aug. lib. 1. de uxor. cap. 10. relato in cap. 2. 30. questione 1.

Similiter text. in cap. primo, de eo qui dux. in matrim. &c. qui videtur contrarium probare, ibi: & illam maxime intelligi debet, id est, tantum, ut explicat ibi Abb. numero 3. Alex. de Nevo numero 6. & Praepol. numero 2. quod probatur expresse in 4. cap. significasti & eodem titulo, & hodie habemus l. Regiam finale titulo 2. parva 4. ita disponentem.

Enemiga è muy gran peccado facen todos aquellos que yazen con las mugeres casadas, & este peccado atal es llamado adulterio, & como quier que esto sea muy grande yerro, si acascesse que se muera el marido de aquella que hizo el adulterio, bien podria desposse casar con ella aquel con quien lo hizo, non ausendo otra muger: fuer as ende por tres razones. La primera es: si qualquier dellos murasse, o fiziesse matar, o fuesse en confio de la muerte del otro marido, o de la muger con intencion que cassasen despues en vno. La segunda es: si aquel que yaze con ella le jurasse, & le prometiesse que cassaria con ella despues que fuesse muerto su marido. La tercera, si alguno yaguisse con muger agena, & se cassasse con ella syendo vno el marido, & a muger se muriesse el marido della non valdria el casamiento, que ante ouiesse fecho. Esto mismo seria de la muger que fiziesse adulterio con homo casado en alguna de las maneras de suso dichas: denelca la Iglesia de partur, fueras ende si alguna dellos non fopiesse que era casado el otro, quando se caso con el. Ca es once en esfogencia es de aquel que lo non sabe de sacar con el otro, o de partur de delca & casar a otra parte.

Ex quibus constat tria crimina supradicta, & v-

numquodque eorum dirimere matrimonium contractum, nempe contenta in dictis iuribus, & l. Regia, & tenent S. Thom. in quarta, distinctione 37. in fine in expositione littere, & communiter DD.

Ex quibus deducitur, per adulterium tantum si non addit promissio, vel fides data de matrimonio futuro, vel machinatio in mortem coniugii nullum oriri impedimentum: similiter, quod sola fides de contrahendo matrimonio, imo nec matrimonium ipsa contractum, non consummatum si coniugem, cui fidem adstringit, non cognoscat, nec impedit, nec dirimit, ut in dict. cap. significasti, & cap. fin. eodem titulo.

Et praeterea, nec machinatio in mortem coniugii si ab vno tantum fiat, & sine adulterio, nec impedit, nec dirimit matrimonium, quia nullus Canon id statuit, ut novissime repetit, Fr. Basilius de impedimentis, cap. 27. per totum; ubi quatuor casus in hoc constituit, qui quidem patet ex suprad. & infra dicendis, & Candelabr. Aur. 7. sacram. de impedimento crimin. matrimon. numero 13. conclusio 3. cum sequentibus.

Primum igitur crimen, quod impedit ac dirimit matrimonium subsequens est, quando cum adulterio intermit machinatio mortis alterius coniugii, cap. super hoc, de eo qui dux. in matrim. quato pol. per adult. ubi expresse additur, siue fidem dederit, siue non, quod ea defuncta, hanc esse ducturus: text. in cap. primo, & cap. significasti eodem titulo, & in cap. primo, de conversione infidel. & in cap. si quis vivente 31. questione 1. estque apud omnes constituta, plana, & receptissima haec sententia.

Que ampliatur primo, ut procedat etiam si alter ex machinantibus alterius coniugii mortem infidelis existat, ac fidelis eam intencat sper, ut coniugii morte sequuta alliciat infidelum spe inveniendi cum ipso coniugij, ut ad fidem reducat: ita decidit in cap. primo, de conversione infidel. ubi ea ratio assignatur, quod Ecclesia tale damnum eo luero compensare nolit, ita docent D. Antonia. in tertio parte sua summa titulo primo, cap. 5. numero primo, Syluest. in summa verbo matrimonium 8. questione 9. dicto primo, Nauarr. in Manual. cap. 22. numero 26. Marc. Anton. Cuch. lib. 7. in fine, mar. titulo 12. numero 87. Toledo lib. 7. sua summa, cap. 6. numero 2. Philiare. de officio sacerdot. tom. 1. parte 2. lib. 2. cap. 5. impediam. 4. sequitur Thom. Sanchez lib. 7. disputatione 78. numero 3. ubi late differit, qualiter poterit Ecclesia infidelibus hoc impedimentum indicare in poenam delicti tempore infidelitatis admisi: & qualiter ea poena non extingatur per baptismum, qui omnino praeterita delicta abolet: & tandem reiectis duabus solutionibus huic difficultati assignatis, ipse Sanchez respondet cum Enriquez lib. de matrimonio. cap. 14. numero 2. eam poenam infideli indicatam non esse, nec indici potuisse ab Ecclesia, sed soli fideli, ut perpetuo nequeat cum illo infideli, quantumcumque ad fidem converso, matrimonium contrahere, sicut hodie ex Ecclesiae praescripto irritum est matrimonium fidelis cum infideli, non ob impedimentum infidelis, sed quod fidelis eo impedimento Ecclesiastico afficiatur.

Secundo ampliatur eadem communis sententia, 7 ut procedat etiam, & factis sit ad hoc ut praed. impedimentum dirimens inducatur, cooperari consilio, aut mandato ad coniugii mortem, ut constat ex dict. cap. primo, de conversione infidel. ex quo text. & aliis fundamentis hanc opin. tenent Alber. in suo dictionario littera A. verb. adulter. versic. nasci. de adulterio: & littera I. verb. Impedimentum 8. versic. crimina vero: & communiter Summistae, praecipue Syluest. ubi supra dicto tertius, Nauarr. in Manual. cap. 22. numero 26. Marienc. plures

plures referens in rubrica glossa 1. num. 178. tit. 1. lib. 5. non. collect. Reg. & plurimos congerens Sanchez ubi supra, numero 9.

Non tamen sufficit rati habitio occisionis coniugis facte vna cum adulterio; ita tenet glossa in cap. si quis vivente, verbo occidisse 31. questione 1. & in cap. 1. in fin. de conuers. infidel. & ibi communiter DD. & alij quamplures DD. quos refert, & sequitur Sanchez ubi supra numero 6.

Plura tamen requiruntur ad hoc, ut hoc impedimentum locum habeat, & procedat.

Primo requiritur, ut machinatio illa effectum sortiatur, alias namque sola machinatio morte non sequuta, non oritur hoc impedimentum, sed potest adulter, & coniux superesse, altero alias defuncto matrimonium inire, quod manifeste probat text. in 4. cap. si quis vivente 1. ubi occidisse notetur, verba namque intelligenda sunt cum effectu. l. 3. §. haec verba. ff. de negot. §. ff. cum similit. ceteri autem textus, quamvis de sola machinatione loquantur, intelligendi sunt eodem modo, id est, sequuta morte cum effectu, secus aliam. ita docent glossa in fine in cap. 1. de conversione infidel. & in cap. super eo verbo machinata, & in cap. fin. in fin. de eo. qui dux. in matrim. quam polluit per adult. & est communis, & recepta sententia Canonistarum, & Theologorum, ut constat ex Thom. Sanch. ubi supra numero 7. ubi etiam quod tradita supra, nempe sufficere mandatum, vel consilium de coniuge occidendo intelligenda sunt, quando id mandatum, vel consilium cooperata sunt aliquid ad mortem: si enim nullius effectus ad mortem fuerunt, eo quod interficere erat iam omnino ad eam inferendam determinatus, nec consilio animosior factus est, vel fuit consilium, aut mandatum ita reuocatum, ut nullum profus effectum haberit, ita ut excusetur restitutione, & irregularitatem mandantem, vel consulentem iuxta ea, quae DD. in materia de restitutione, & irregularitate tradunt, de mandante, vel consulente, non erit locus huic impedimento, cum perat effectum mortis subsequi, exactione coniugis, vel adulteri.

Secundo requiri videtur, quod occisio sit vxoris: nam si vxor interficere virum ad contrahendum cum adultero, nullum incurrit impedimentum, quin possit inter eos matrimonium consistere: lus enim Canonicum tantum loquimur de vxoris interfecione, ut in cap. primo, & cap. super hoc, & cap. significasti de eo, qui dux. in matrim. &c. Vnde ad viricidium, quod non est tam frequens, extendendum minime est: & in terminis ita tenet Victor. in summa de matrim. numero 292. Ledesma in 4. 2. parte, questione 61. articulo 2. post tertiam propositionem, Canned. in summa sacrament. de matrim. cap. 5. ad fin. in comment. nam. 38. & est propabile secundum Henriquez lib. 12. de matrimonio. cap. 14. num. 2. in comment. littera V.

Haec tamen opinio falsa est, siquidem alij textus Iuris Canonici loquuntur in proposito etiam in viricidio, ex quo decidunt, oriri hoc impedimentum dirimens causa contrahendi matrimon. cum adultero, prout sunt cap. si quis vivente 31. quest. 1. nisi forte adulter, aut mulier virum, qui mortuus fuerat, occidisse notetur, & cap. 1. de conuers. infidel. & in terminis ita tenet glossa in cap. fin. de eo, qui duxit in matrim. &c. & communiter Canonistae, ac Theologi, quorum aliquos refert, & sequitur Marienc. in rubrica glossa 1. num. 192. versic. eadem, tit. 1. lib. 5. non. collect. Reg. & innumeros refert, & sequitur Thom. Sanch. ubi supra. d. disputatione 78. num. 8. per totum, & ita proculdubio est tenendum.

Quamvis non idem erit de interfecione viri facta ab vxore alia causa, quam contrahendi matri-

monij, quia tunc non erit impedimentum dirimens, ut ibi per eum, & latius eodem lib. 7. disputatione 16. numero 5. & 6. & diximus supra alio capite.

Tertio requirunt multi, ut cum vxoris machinatione interueniat adulterium, quando solus alter coniux, alterius coniugis mortem machinatur, secus quando coniux, & alter cum quo matrimonium in eundem est, machinatur alterius coniugis mortem: alij vero tenent in neutro casu adulterium desiderari: sed satis esse coniugem interfici animo contrahendi matrimonium cum alio: alij semper petunt adulterium, ut huic impedimento locus sit, harum opinionum Auctores refert Thomas Sanchez d. lib. 7. dispu. 78. num. 9.

Verior tamen, & receptor sententia est, quod si ambo machinati sunt in mortem viri, vel vxoris, impedimentum cauetur ex eius morte, quamvis adulterium non praecesserit, si vero alter eorum duntaxat mortem machinetur, necessario requiritur, quod praecedat adulterium, ut impedimentum hoc oriatur, ita docent Ioan. Andr. in cap. super hoc de eo, qui dux. in matrim. quam polluit per adult. & in cap. 1. numero 2. de conuers. infidel. & ibi Abb. numero 3. idem Abb. in cap. 1. numero 3. & in cap. super hoc in fin. & communiter Canonistae alibi saepissime, Nauarr. in Manual. cap. 22. numero 46. Montalu. m. l. fin. in fin. & ibi Gregor. Lopez verbo qualiter, titulo 2. parva 4. Anron. Cuch. lib. 5. In fine, tit. 12. numero 76. & 77. Bellarmin. lib. 1. de matrim. cap. 22. colum. 2. versic. crimin. autem homicidij. Toled. in summa lib. 7. cap. 6. numero 9. Valentia quarta parte, disputatione 10. questione quinta, puncto 3. de impedimento crim. & communiter etiam Theologi, quos & iuristas quamplures congerit, & sequitur Thomas Sanchez ubi supra, numero 9. per totum, est verior & receptor, & ab omnibus approbata, secundum Marienc. in rubrica glossa prima, numero 179. titulo primo, lib. quinto, non. collect. Reg. itaque haec est verissima, & receptissima sententia, & proculdubio tenenda in iudicando, & consulendo.

Satis tamen erit adulterium alterius subsequens machinationem, dum tamen ante mortem coniugis contingat adulterium, ut cum Monaldo tenet, & declarat Sanchez ubi supra, numero 10. ubi numero 11. docet cum plerisque contra alios non sufficere fidei dario de futuro matrimonio contrahendo loco adulterij, petunt namque ceteri Auctores adulterium absolute, & absque hac limitatione ad hoc, ut istud impedimentum oriatur.

Quarto requiritur, ut adulterium illud, quod altero solo coniugis mortem machinante requiritur, sit verique matrimonium contrafacto notum: quare si vir coniugatus cum foemina coniugij ignata adulteretur, & vtiliam ducat, uxorem propriam occidat, nullum erit impedimentum dirimens inter eos, quia adulterium illud fuit à foemina ignoratum: ita tenet Emanuel Saa in summa, verbo matrimonium, num. 7. sequitur Sanch. ubi supra num. 12.

Vbi idem existimat, quamvis foemina illa ignorans alterius coniugium esset coniugata, adulterium enim cum illa, solo adultero machinante mortem propriae vxoris non cassaret matrimonium cum adultera illa soluto vtriusque coniugio, ut ibi probat.

Magna tamen contentio est inter DD. an illa 16 coniugis interfecio requiratur, quod fiat causa inveniendi alterius matrimonij tantum ad hoc, ut praed. impedimentum oriatur; an vero sufficiat, quando alius finis adeit? quibusdam existimantibus sufficere ad id quemcumque alium finem, sed verior, & magis communis ac receptissima sententia Canonistarum, & Theologorum docet contrarium, in id quod

quod illa coniugis interfectio in proposito vestitur sine inuendo alterius matrimonij, alias secus, nempe quando alius finis adest, quia tunc non erit nec est impedimentum dirimens, vt late probat, & tenet glossas, & alios plurimos hoc tenentes allegans, ex quorum numero patet hanc esse receptissimam sententiam, vt prædiximus, Thomas Sanchez vbi supra, numero 13.

17 An vero saltem tunc oriatur impedimentum tantum impediens: agit late idem Sanchez dicit, libro secundo de sponsatione 16. per totam, vbi resoluit & bene negatiue.

18 Satis tamen erit, si saltem alter ex mortem coniugis machinantibus intendat matrimonium inire, vt recte etiam probat Sanchez d. disputacione 78. numero 14.

19 Non erit ergo impedimentum dirimens, si coniugatus dicat adultera, nisi matrimonio ligatus esset, te duceret, & postea occidat vxorem, non ducens sine matrimonij cum adultera cōtrahendi, quia ea verba non continent promissionem futuri matrimonij, nec machinatio illa absque sine matrimonij impedimentum dirimens præstat: ita tenet Calder. in cap. super hoc de eo qui duxit, in matrim. &c. & ibi Iacob de Zoehis, quos refert Alexand. de Neuo ibi num. 3. & tenet Syluest. in summa verbo matrimonium & quest. 9. in fin. tametsi Præp. in d. cap. super hoc in fin. & ibi Alexand. de Neuo. num. 5. sentiant esse impedimentum dirimens, quod dicant Angel. in summa verbo matrimonium 3. impedimento 9. in fin. tenendum esse ante initum matrim. secus eo inito, asserens oppositam sententiam, nempe non esse impedimentum dirimens, esse veriorum, cui absque scrupulo aliquo ante, & post contractum matrimonium adherendum esse censet ob præd. rationem Thom. Sanchi, d. disp. 78. num. 15.

20 Similiter non erit huic impedimento locus, si coniug. & cum ipso adulterans interficiant communis consilio alterum coniugem, non vt matrimonium inter se copulerent, sed vt liberius libidini vacent, vel ne ob adulterium ab ipso coniuge interfecto occiderent, vel ob alium finem, quia illi machinationi deest finis inuendi matrimonij: ita tenet Emanuel Saa in summa verbo matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus, numero 7. Manuel Rodriguez primo tom. sua summa, in secunda editione, cap. 229. numero 5. Vega secundo tom. sua summa cap. 54. casu 120. quos refert, & sequitur Sanchez vbi supra, numero 16.

21 vbi numero 17, idem probat contra Anton. in cap. primo, numero 2. de conuersione in fid. quando vir mortem vxoris machinatur animo ducendi alteram, nec mors sequatur, at postmodum adultera vxorem illam casu enecat, nec communi consilio, nec animo nubendi coniugi superstiti, sed alio fine ducta, non enim erit tunc impedimentum dirimens, vt ibi bene probat.

22 Denique vxorem propriam occidens animo ducendi aliam non certam, sed indeterminatam, licet peccet contrahendo matrimonium, tamen valet, ita tenet Matienço in rubrica glossa prima, numero 180. titulo primo lib. 5. non. collect. Reg. vbi etiam, quod si quis occidat vxorem propriam animo ducendi vnam, vel alteram, siue plures sint siue paucæ, dummodo omnes sint nuncupatim & expresse intentæ, nullum eorum poterit ducere vxorem, & si duxerit, dirimetur matrimonium, vt probat Alphons. à Veracruz. in suo Specul. coniug. prima parte, articulo 24. in fin. sequitur alios allegans, & bene declarat Sanchez, vbi supra, numero 18.

23 Illud autem obseruandum est in proposito, intentionem requisitam inuendi matrimonij ad hoc impedimentum præsumi eam in foro externo, quan-

do aliquis coniugem perimit, & cum alio coniuge, cum quo adulterium præcesserat, inire matrimonium vult, vel coniug. superstiti, qui coniugem perimit, vult cum adultera matrimonio copulari, siueque reputabitur in foro exteriori impedimentum dirimens, quamuis tale non sit in foro conscientia, quando ea intentio vere non adfuit, vt tenet Dominicus à Soto in quarto, distinctione 37. questione vnic. articulo 4. casu quinto, Manuel Rodriguez vbi supra, numero 5. Vega secundo tom. sua summa, cap. 34. casu 74. notabil. secundo, Sanch. vbi supra, num. 19. id limitans, nisi ex magnis coniecturis probaretur opposita intentio.

Vltimo requiritur ad hoc vt præd. impedimentum de quo agimus, oriatur vt matrimonium prius sit verum, quia si esset irritum, quamvis bona fide existimatum legitimum, interfectio illius coniugis adulterio cum alio coniuge non erit impedimentum dirimens, vt cum alius resoluit Sanchez vbi supra, numero 20. vbi satis esse putat si matrimonium foret verum, quamuis non consummatum, & quamuis celebratum esset diuertim.

Cauendum tamen est à Magistr. Palatio dicente impedimentum hoc reddere simpliciter quempiam inhabilem ad quodcumque aliud matrimonium: hoc namque falsum omnino est, & contra doctrinam communem D. Thom. & aliorum, vt bene probat plures referens Thomas Sanch. d. disp. 78. n. 21.

Secundum crimen dirimens matrimonium est, quando aliquis fide data de matrimonio contrahendo adulterium committit; text. in cap. relaxatum 31. quest. 1. & in cap. 1. & in cap. veniens de eo, qui duxit, in matrim. &c. & in cap. fin. eodem titulo de 6. Et hæc de impedimento criminis adulteri cum machinatione mortis coniugis.

Quando vero quispiam fide data de matrimonio contrahendo adulterium admittit, vel de facto cum eadem adultera matrimonium contrahat, prior coniuge superstiti, matrimonium inter illos dirimitur, vt patet ex cap. relaxatum 31. quest. 1. & ex cap. 1. & cap. veniens, & cap. fin. de eo, qui duxit in matrim. qua poluit per adult. & hoc secundum omnes, ne propter futuri matrimonij spem deat causa captanda mortis coniugis: plures autem conditiones requiruntur ad hoc impedimentum incurrendum, quas late disserit, & congerit simul cum aliquibus questionibus circa hanc materiam occurrentibus, & earum decisione, Thomas Sanchez de matrimonio lib. 7. disp. 79. per totam: quæ in summa hæc sunt.

Prima conditio est, quod adulterium committatur cum semine intra vas effusione.

Secunda, vt cum adulterio conuerretur promissio etiam simplex, vt ducam te, futuri matrimonij, aut contractus matrimonij de præfenti, siue adulterium præcedat, siue subsequatur illam, dummodo non sit remissa fides matrimonij, quando matrimonium illud de facto initum iam dissolutum, quando adulterium superuenit: satis autem est, fidem dari adulteræ de inuendo matrimonio cum persona, quam quidam tertius designauerit, si id fraudulenter effectum sit, vt tertius ille adulteram designet: sufficit etiam, quamuis matrimonium illud clandestinum sit, debent tamen esse fides, aut matrimonium, & adulterium eodem coniugio durante.

Tertia conditio est, vt adulterium perpetratum sit, sciente vtroque adulter alterius matrimonium: nec sufficit, licet vterque adulter coniugatus sit, & norit proprium cōiugium: excusat tamen ignorantia etiam non probabilis, sed crassa, & lupina: sufficit tamen, si fides deat, aut matrimonium inest ante scientiam alterius coniugis, si habita scientia accedat copula: sed non sufficit copulam ante scientiam

iam haberi, & post scientiam dari fidem, aut matrimonium de facto iniri.

Quarta conditio est, vt promissio matrimonij sit externa, quamvis fidei fideione non apparente exteriori, & quamvis promissio sit conditionalis, nisi conditio sit de præterito, aut præfenti, & nec conditio extiterit, nec tunc extet.

Quinta conditio est, quod promissio ab altero acceptata sit, quamuis non reprobata; tactornitas autem eius, cui promissio sit, absque aliquo acceptationis signo nunquam sufficit ad hoc impedimentum incurrendum.

Sexta conditio est, vt prius matrimonium validum fuerit, quamuis non sit consummatum, & dissolutum sit, quoad totum per diuertim: hæc late probantur per Thom. Sanch. vbi supra, tota illa longa disputacione 79.

CAPITVLVM CVI.

De impedimento ligamint, & de secunda nuptia.

SVM MARI VM.

1 Pluralitas vxorum simul, & eodem tempore est prohibita, & numero 2.

2 Vxores plures in simul habere nunquam vlli licuit, nisi cui fuit diuina reuelacione concessum.

3 Vxoribus pluralitas nullo hodie lege Evangelica est permissa, & numero primo.

4 Benedictio nuptiarum à proprio paroco, vel ab Ordinario, vel eius licentiam habenti hodie a tenore Concilio fieri debet.

5 Parochus proprius vel ordinarius ad impartendam benedictionem nuptiarum quis ducatur? & numeris sequentibus.

6 Ordinarius ad impartendam benedictionem nuptiarum dicitur, qui habet iurisdictionem ordinariam eo loco, vt Archiepiscopus, Episcopus, & Generalis Vicarius eorundem, & numero 7.

7 Parochus cuiusque nubilem potest benedictionem nuptiarum prestare, & numero 9.

8 Nuptia secunde vel vltioris, & sic dissoluto matrimonio pro mortem alterius coniugis licita sunt.

9 Benedictioes nuptiales sunt necessariæ, & de præcepto.

10 Benedictioes nuptiales omittit ex contemptu est peccatum mortale, & quando id fieri præsumatur.

11 Consummare matrimonium ante benedictiones nuptiales an sit peccatum, remissive.

12 Benedictioes nuptiales, an & quando licet impartiri secundis nuptiis? late hic agitur.

13 Benedictioes nuptiales in primo matrimonio irritæ præfatis non sunt vltioris in alio impartienda.

14 Sacerdos secundas nuptias benedicens in casu non permissio qua pena puniatur.

15 Cap. capellanum, & cap. 1. de secundis nupt. intellectus, & numero sequentibus.

16 Suspendioes referuntur à iure inducta contra sacerdotem benedicientem secundas nuptias in casu non permissio iam est sublatæ per Extravaganantem concensationi Iohannis XXI.

17 Pœna arbitraria imponenda est sacerdoti benedicienti secundas nuptias in casu non permissio.

Acrosanctum Concil. Trid. sessione 24. de reformatione matrim. Canon. 2. definit, quod si quis dixerit licere Christianis simul habere vxores, & hoc nulla lege diuina esse prohibitum, anathema sit: & prius Innocentius III. in cap. gaudemus de diuor. & quod sit prohibitum, ita, vt postterius matrimonium priore subsistente sit nullum, patet ex

d. cap. gaudemus, & probat latissime Thomas Sanch. lib. 7. de matrimonio, disputacione 80. numero 1. vbi numero 4. affirmat vniuersos fateri, pluralitatem vxorum respectu vnius vxoris interdiciam iure naturali prorsus esse; atque id matrimonium cum aliis præter primum virum eodem iure irritari: & numero 5. cum sequentibus agit, an idem dicendum sit de pluralitate vxorum respectu vnius viri? & relatis duabus opin. in hoc contrariis cum suis fundamentis, & Auctoribus, tandem numero 3. affirmat mediam sententiam amplectendam esse, & dicendum polygamiam vnius viri cum pluribus vxoribus, non esse omnino contra ius naturæ: atque adeo non esse contra prima, ac vniuersalia eius principia, sed aliquo modo aduersari iuri nature, quatenus est contra conclusiones ab ipsis primis principiis derivatas: eo quod non repugnet matrimonij nature, nec primario eius fini: sed non satis cum matrimonio congruat, si omnes illius fines spectemus, atque proinde matrim. illud cum alia vxore initum, priore superstiti esse attentio ipso iure naturæ nullum: idque latissime comprobatur plures Auctores adducens: & numeris sequentibus nonnulla ex supradictis deducit.

Nunquam enim vlli licuit in simul plures vxores habere, nisi, cui fuit diuina reuelacione concessum, & sic Patriarchæ, & alij iustitiam, qui plures leguntur simul habuisse vxores, ab adulterio excusantur, vt decreuit Innocent. III. in d. cap. gaudemus, an versic. nec vlli, de diuor. & multis relatis, & explosa eorum sententia, qui dicebant, nunquam licuisse vxorum pluralitatem, sed permissam fuisse tanquam minus malam, probat latissime Bellarm. lib. 1. de matrim. toto cap. 11. hæc autem dispensatio non fuit concessa aliqua externa scriptura, aut loquutione, sed inspiratione interna facta Patriarchis, quæ derivata est vi exempli, & consuetudinis ad reliquos ex populo Israelitico, & proinde omnibus illis pluralitas vxorum licebat, quod tanquam notum supponitur Deuteronom. 21. ibi: Si habuerit homo vxores duas, &c. Dicitur Thom. Sotus & alij plures, quos refert, & sequitur Bellarm. vbi supra cap. 11. proposit. tertius, & quarta, & Thom. Sanch. d. disputacione 80. numero 12. vbi numero 13. addit satis probabile esse eam dispensationem extensam esse ad populum Gentilium: atque ita eis antiquitus fuisse licitam vxorum pluralitatem; sed probabilius esse contrarium, nempe non esse extensam, vt docent plures Auctores ab eo ibi relati contra alios.

Sed iam in lege Evangelica eiusmodi dispensatio cessata est, quando Matth. 19. reduxit matrimonium ad primæum statum, in quo vnica vxor licebat, vt prædiximus: ideoque nullis Fidelibus, nec Infidelibus licita est hodie vxorum pluralitas: vt in d. cap. gaudemus, & late cum aliis probat Sanchez vbi supra, numero 14.

Sacrofanctum Concil. Trident. sess. 24. in Decreto de reformatione matrim. cap. 1. statuit benedictionem à proprio paroco fieri, neque à quocumque nisi ab ipso paroco, vel ab Ordinario licentiam ad præd. benedictionem faciendam ab h. sacerdoti concedi posse quatenus consuetudine etiam immemorabili, quæ potius corruptela dicenda est, vel privilegio non obstantibus. Quod si quis parochus, vel alius sacerdos siue regularis, siue secularis sit, etiam si id sibi ex privilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius parochie sponfos, sine illorum parochie licentia matrimonio coniugere, aut benedicere ausus fuerit, ipso iure tam diu suspensus maneat, quamdiu ab Ordinario eius parochi, qui matrimonio interesse debet, seu à quo benedictio suscipienda erat, absolvatur.

5 Proprius autem parochus, vel Ordinarius in proposito quis dicitur, patet ex ipso cap. 1. in principio, dum loquitur de presentia parochi, ad ipsum maritimum celebrandum, dum decernit, quod qui aliter quam presente parochi, vel alio sacerdote, de ipsius parochi seu Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus, matrimonium celebrare attentabunt, eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, &c. Idem ergo seruandum est in benedictionibus nuptialibus, quod apertius patet ex eodem cap. 1. Concilij, in versiculo statuto, &c. in verbis modo relatis, in quibus idem statuitur quoad benedictiones nuptiales impartendas, & tenet in terminis Sanchez d. 2. distinctione 22. numero 5.

6 Vnde Ordinarius intelligitur, qui habet eo loco ordinariam iurisdictionem, vt Archiepiscopus, Episcopus, vt Generalis Vicarius eorundem, & similia, vt per Thom. Sanchez d. lib. 3. de matrimo. distinctione 25. cum sequentibus, & in terminis ita censuit Congregatio Concilij loquens in Vicario Generali Episcopi, relata per Farinat. in 4. parte declarat. cum decisionibus Concil. Trident. super eodem cap. 1. Decreti de reformatione matrim. in verbo seu Ordinarij licentia. pag. mibi 63. colum. 1.

7 Quare Archiepiscopi, Episcopi, & similes iurisdictionem ordinariam habentes in suis Diocesis, nec non & eorum Vicarij Generales poterunt prae. licentiam concedere impartendi benedictiones nuptiales suis subditis, etiam si contrahentes alias sint parochiani Ecclesiarum Militarium Ordinum intra suas Dioceses consentientium, siquidem hi sunt Ordinarij, hoc est, qui habent ordinariam iurisdictionem in praed. suos subditos, aliis enim sequeretur, quod hi Ordinarij non possent licentiam concedere alij sacerdoti, vt aliter posset matrimonium celebrandi parochianis Ecclesiarum Militarium Ordinum, quod esset absurdum: ergo & ad benedictiones nuptiales impartendas eisdem poterunt licentiam alij sacerdoti concedere, etque proculdubium ex supradictis.

8 Sufficietque benedictiones nuptiales impartiri cuiusvis contrahentis parochum, quia eodem tenore, & in eadem clausula petitur, & requiritur in praed. cap. Concilij Trident. vt proprius contrahentis parochus intersit matrimonio, & vt benedictiones praed. conferat, sed ad illud sufficit parochus vtriusvis contrahentis, vt diximus supra suo loco, & decrevit declaratio Concil. Cardinal. relata per Farinat. vbi supra in vers. vel alio sacerdote, in sim. Ergo & ad hoc; & in terminis ita tenet Cannedo in collectan. ad Decret. 81. num. 9. & Sanchi d. lib. 7. d. 3. d. 3. d. 3. d. 3. d. 3. quicquid minus recte contrarium velit, & tenet Zeuall. in suis practice, questione 607. numero 148. referens Paul. Fuscum de visitatione lib. 2. cap. 3. num. 21. & Causa eorum secunda parte, decisione 12. a numero 21. dicentes sic decum esse a Congregat. Cardinal. sed dum talem declarationem authenticam non viderim, teneo priorem sententiam, quam praediximus contrariam huic secunda.

10 Morte autem alterius coniugis, & sic matrimonio dissoluto per mortem illius licite sunt secundae, & vterius nuptiae prioribus dissolutis ac verum est sacramentum, haec est veritas Catholica, & vniuersalis Ecclesiae consuetudo eas approbat, vt constat ex Diuo Paul. cap. 7. ad Roman. atque ex Sanctis Patribus, quos citat & late probat vtrumque Sanchez d. lib. 7. de matrimonio, distinctione 21. numero 2. contra quosdam Haereticos, quos retulerat numero praecedenti: eandem veritatem Catholicam ex Diuo Paulo vbi supra, aliusque Sacrae Scripturae locis, & Concilij latissime, & ad oculum comprobatur aduersus praefatos Haereticos Alphonsi, a Castr. aduersus

Haereticos lib. 11. verbo nuptiae, in versiculo facienda haereticis, columna mibi 707. cum sequentibus, D. Couart. in 4. de sponsal. 2. parte, cap. 3. §. 9. num. 4. Didac. Perez in l. 3. versiculo quare potest. fol. 37. prima columna, tit. 1. lib. 5. Ordinationum, Magister Sentent. in quarto distinctione 42. cap. 6. & ibi id praecipue, Soto questione 3. articulo primo, Matienç. in l. 3. glossa 1. tit. 1. lib. 5.

Quiritur autem in proposito, de benedictionibus nuptialibus quid iure Canonico statutum sit, & quidem eas de praepcepto esse in primis nuptiis colligitur ex cap. nostrates, & cap. sponsus 30. questione 5. & Concil. Trident. sessione 24. de reformatione matrimo. capite primo, idemque videmus quotidie seruari de consuetudine per Ecclesiam: compelluntur namque sponsi in omnibus Ecclesiis ad eas recipiendas in omnibus Diocesis, & testatur Thomas Sanchez d. lib. 7. de matrimonio, distinctione 22. numero 6. vbi dicitur quod esset peccatum mortale si ex contemptu omittantur, & quando in proposito dicatur omitti ex contemptu, eo autem deficiente probabilis esse ait, veniale tantum esse culpam in hac omissione inueniri.

An autem sit peccatum lethale, vel veniale, aut nullum, consummare matrimonium ante Ecclesiae benedictionem late agit idem Sanchez lib. 3. distinctione per totam, & diximus supra suo loco. Quibus autem temporibus interdicitur suscipio harum benedictionum, & quid tunc prohibeatur, & an liceat eas suscipere tempore interdicti, & cessationis a Diuini agit idem Author lib. 7. de matrimonio, distinctione 7. & 8. & nos vbi supra.

Secundis autem nuptiis an liceat benedictionem impartiri? inuenio plures opiniones contrarias in hoc, quas refert cum suis fundamentis, & Authoribus Sanchez d. lib. 7. distinctione 22. numero 11. cum sequentibus.

Prima habet, secundis nuptiis, quae tales sunt ex parte vtriusque coniugis, aut ex parte solius feminae, non esse benedictionem impendendam, secus si sint secundae ex parte solius viri, ac proinde licitam esse benedictionem quando virgo nubit viduo.

Secunda sententia ait, iura interdicentia secundarum nuptiarum benedictiones, debere intelligi durantiis primis, quare illis dissolutis morte alterius coniugis, vel ob aliquod impedimentum licitam esse benedictionem, vt deciditur in l. 2. titulo 12. part. 4. & ibi Gregor. Lopez in verbo non deuen.

Tertia sententia sustinet attentio iure nullis secundis nuptiis benedictionem conferendam esse indistincte.

Quarto probat, solum interdicti benedictionem, quando sunt secundae nuptiae ex parte mulieris, cui semel benedictio impertita fuit.

Quinta sententia irra distinguit, vt si vterque vel alter coniux in primis nuptiis benedictionem accepit non sit secundis nuptiis benedictio impartienda, secus autem si neuter coniux in primis nuptiis benedictionem accepit, & hanc distinctionem veriorum appellat, eamque sequitur, & iure probat cum quampluribus Authoribus, quos refert Sanchez d. distinctione 22. numero 15. vbi ad fin. inquit, quod hoc habet verum, licet mulier sit corrupta, quia sola secundae nuptiae ponderantur, & numero 16. agit de ratione huius prohibitionis.

Nec text. interdicentes secundarum nuptiarum benedictionem, quando in primis alteri coniugi impertita est, corriguntur per Concil. Trident. sess. 24. de matrimonio, cap. 1. in Decreti, de reformatione, vbi simpliciter constituitur nuptiis esse benediciendum, quia intelligitur de primis, au si de secundis in casu non prohibito per Ius Canonicum, secundum Menoch. de arbit. lib. secundo, c. 2. casu 217.

numero 2. Zeuall. in suis Practice, questione 607. numero 134. quos refert, & sequitur Sanchez vbi supra numero 17. qui numero 18. cum sequentibus late agit, an consuetudo in hac materia valeat, & quae sit consuetudo, & praxis in hoc referens diuersos modos consuetudinis, & praxis.

Ego vero censio querendum esse circa praefatam questionem ad Manuale ad sacramenta Ecclesiae ministranda cuiuscunque Prouincia, & Episcopatus, & in hoc Ciuitatis Compostellanae Prouinciae in Manuali impresso Salmanticae apud Ioannem a Canoua Ann. 1569. folio 35. in principio, cautum inuenio quod si mulier fuerit vidua, & erat iam benedicta, dimittatur totum quod sequitur, vsque ibi. His peractis (hoc est benedictio) si autem non erat benedicta procedat vterius (scilicet benedicens vt ibi) sed clarius in alio Manuali nouiori impresso Salmanticae apud haereses Matthiae Gassij An. 1585. subscripto a fratre Ioanne Sancti Hieronymi, haec questio decisa est expresse folio 120. titulo de secundis nuptiis, in hunc modum, & formam, & ita obseruatur in praxi nempe.

Cap. Capellaniam de secundis nupt.

Secunda nuptiae non sunt benediciendae, ille vero censetur secunda, vt non benedicantur) quae sunt secundae ex parte feminae, quamuis sint primae ex parte viri. Nec refert, an ipsa vidua secundo nubens sit virgo, vel non, sed an sit semel benedicta; vnde quae semel nupsit, sed ante benedictionem receptas vidua facta est, cum postea iterum nubit, benedicienda est: & quae semel est benedicta, non est iterum benedicienda. In eiusmodi autem nuptiis non benedicuntur nec dantur arae, nec anuli, nec ponitur velamen, nec iugale; nec dicitur Missa de nuptiis, sed duntaxat haec sententia. Sacerdos induitur, vt supra, accedit ad nubentes existentes in ingressu Ecclesiae: & illis asperis aqua benedicta, introducit eos in Ecclesiam dicendo Psalmum: Beati omnes qui timeant Dominum, &c. & statim praetermissis omnibus aliis, audiunt Missam (quae pro illis dicenda est) semel ab Altari. Dicenda est Missa de officio occurrenti, si sit festum duplex aut dies Dominica, in aliis diebus potest dici missa votiuia iuxta illorum deuotionem: dummodo non sit Missa ordinata, pro sponso, & sponsa: nec in ea dicatur aliquid ex illis, quae sunt infera in dicta Missa: & peracta Missa dicatur super illos genuflexos ante altare sequens oratio. Oremus.

Respice Domine super hanc coniunctionem tuam, vt sicut misisti Sanctum Angelum tuum Raphaelem pacificum Tobiae, & Sarae filiae Raguelis: ita digneris Domine mittere benedictionem tuam super hos famulos tuos, vt in tua voluntate permaneat & in amore tuo viuat & feseant, & multiplicentur in longitudinem dierum. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, &c.

Benedictio Dei Patris, & Filij, & Spiritus S. descendat super vos, & maneat semper. Amen.

Et dicta ad eos exhortatione aspergit eos aqua benedicta, & dicit: Ite in pace.

5) Obseruandum tamen est, quod etiam priores nuptiae, in quibus vterque coniux benedictiones accepit, reperiantur irritae, non sunt in posterioribus repetendae, siuo sint idem, qui inter se inualide contraxerunt, & sublato iam impedimento, velint, restituant (hoc est valide) prius illud matrimonium, siue vterque aliud matrimonium irritum iniisset receptis benedictionibus, & nunc inter illos aliud matrimonium celebratur, obstatque benedictio in primis irritis collata eius repetitioni in secundis: benedictio enim non tam proprie respicit nuptias, quam personas, nec semel recepta amittitur, quare hanc

partem cum Summis contra Tabienam recte probat, & tenet Sanch. vbi supra numero 24. & 25. iuncto numero 26.

Sacerdos autem benedicens secundas nuptias in casu non permissio, ab officio benedici quoque suspensus cum literarum testimonia ad Sedem Apostolicam mittendus est, vt in cap. Capellaniam, cap. 1. de secundis nuptiis, circa cuius tex. intellectum nonnulla aduertenda sunt.

Primo, quod praed. suspensio non est lata, sed a iudice ferenda, quia non dicitur ibi esse ipso iure suspensus illum sacerdotem, sed praecipitur Episcopo, vt ipsum suspensum remittat absolendum ad Summum Pontificem: quasi dicitur, ipsum suspensum, & vbi suspenderit, a solo Summo Pontifice potest absolui, vt ibidem intelligunt, & declarat Anton. de Butrio, numero quarto. Abb. 5. Alexand. de Neuo, numero 25. & Praepos. numero primo, in princip. Enrie, in fine, est communis secundum Bernard. Diaz de Lugo in pract. cano. c. 74. numero secundo, & ibi Salzed. in addit. in vers. secundum commutem. Couar. in quarto, de spons. 2. parte. cap. 2. §. 11. numero 2. Nauar. in suo Manual. Hispania lingua composito cap. 25. numero 37. Veracruix in prima parte Specul. Coniug. articulo 13. in sim. communem quoque cum Bernard. Diaz vbi supra, eam appellat, & sequitur Iulius Clar. in pract. crim. §. fin. quasi. 75. numero secundo, vers. sacerdos 3 sequitur etiam eam Didac. Perez in l. 3. columna 5. vers. intelligit, titulo primo. lib. 5. Ordinationum folio 33. eamque tenent Enriquez, Manuel Rodriguez, vterque Ledesma, & alij, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez d. lib. 7. distinctione 22. numero 27.

Secundo, quod reuertatio quoque talis suspensionis ad Sedem Apostolicam iam sublata est per Extrauagant. concertationi Ioan. XXII. nonnulli typis excusam, vt docent plerique ex DD. supra citatis, nempe Couar. Veracr. Salzed. vterque Ledesma, Perez & Sanch.

Tertio aduertendum est, quod iuxta frequentiorum rem, & veriorum sententiam Doctorum, suspensio de qua in d. cap. 1. non est poena ordinaria viuis delicti, sed iure non est statuta poena sacerdoti benedicens secundis nuptiis legitime celebratis, & ideo poena arbitraria imponenda erit, attentis circumstantiis, quae grauis, aut leuius reddunt delictum, vt plurimis Authoribus ad hoc citatis, & respondens d. ca. 1. affirmat Sanch. vbi supra, numero 30. contra nonnullos prius numero 29. a se citatos, & tandem d. numero 30. inquit quod poterit iudex huiusmodi clericum suspendere, sicut potest alia poena arbitraria punire secundum Nauar. d. vnu. 157.

CAPITVLVM CVII.

De bigamia.

SUMMARIVM.

- 1 Bigamia triplex species est, & de singulis hic agitur, & numeris sequentibus.
 - 2 Bigamia nulla contrahitur sine carnali copula.
 - 3 Irregularis non est contrahitur matrimonium cum vidua a priori viro non cognita.
- Et num. 4. nec etiam si fuerit cognita a priori viro, vel corrupta si esse eam non cognouit.
- 4 Bigamia non contrahitur per matrimonium ratum, & non consummatum.

- 6 Professio vel voti silentis in ingressor matrimonium contrahendo ad hoc ut irregularis sit, requiritur copula.
- 7 Bigamia interpretatur, quatuor modis potest incurrri, de quibus hic, & numeris sequentibus.
- 8 Irregularis est, qui vera uxore nondum cognita, eaque superflue ad aliud matrimonium de facto transiit, illud consummans.
- 9 Irregularis an sit, qui secundum matrimonium de facto contraxit, conscius de illius impedimento, & quid de ignorante impedimento, sed bona fide contrahente secundas nuptias?
- 10 Irregularis est contrahens matrimonium irritum cum vidua carnaliter cognita, sine consensu sui impedimenti, sine non consummando præd. matrimonium.
- 11 Irregularis an efficiatur accipiens in uxorem secundam, à se solum desoriatam?
- 12 Bigamus an sit, qui post adulterium uxoris eam carnaliter cognoverit, conscius adulterij, vel non? & numero 13.
- 14 Irregularis an sit ducens in uxorem jam corruptam, quam putabat esse virginem? & num. 15.
- 16 Irregularis & bigamus an sit, qui cognovit uxorem adulteram, ut præcisè cogitavit?
- 17 Irregularis an sit, qui cognovit ex præcepto Ecclesie uxorem adulteram compulsus, vel lente pendente, vel quia nequit adulterium probare?
- 18 Irregularitas similitudinaria committitur à Subdiacono, qui de facto matrimonium contraxit cum vidua, & eam cognovit carnaliter.
- 19 Clericus in sacris constitutus virginem ducens in uxorem an irregularis sit?
- Irregularis an sit clericus in sacris constitutus virginem ducens, num. 19.
- 20 Clericus contrahens matrimonium nullum, an perdat beneficia?
- 21 Monachus professus contrahens matrimonium de facto an incurrit irregularitatem?
- 22 Irregularis an sit, qui post simplex votum castitatis transiit ad nuptias, vel qui duxit uxorem eodem voto adstrictam?
- 23 Irregularitas bigamia an extinguatur per baptismum, vel religionis professionem, aut dispensationem?

Bigamiz secundum communem fere omnium sententiam triplex species est. Prima est vera Bigamiz, & quoties quisquis duplex matrimonium contrahit, utrumque consummans, deficiit enim vere in hoc duplici matrimonio representatio vnus matrimonij Christi cum vnica Ecclesia, de quo in cap. debum de bap. cum simi. & m. l. 3. titulo primo, partita 4. Secunda species est bigamiz interpretatiue: nempe cum duplex matrimonium inuitur, & consummatur vtrumque, non tamen vtrumque validum est, sed solum alterum, aut neutrum: vel cum quis ducit non virginem, vel si virginem duxit, eam post adulterium cognouit, de qua inferius dicemus.

Tertia est species bigamiz similitudinaria, nempe cum in sacris constitutus, aut professus matrimonium contrahit, ac consummat, etiam cum vnica, & virgine, de qua etiam infra agemus. Hanc triplicem speciem bigamiz docet Speculat. de dispens. §. iuxta numero 6. estque communis fere omnium sententia secundum Thom. Sanchez de matrimonio, lib. 7. disputatio 83. numero 2. & 4. vbi plures congerit, & Pater Suarez in quibusdam, de censur. disputatio 48. de irregul. qua ex bigamia nascitur, sectione 1. folio 1178. columna 2. edition. Combric. Ann. 1603. Lug-

dun. vero Ann. 1604. folio 850. & nouissimo Auila de censur. septima parte, disputatio octaua, dubia 1. quamuis glossa in cap. 2. verbo in bigamia, de bigamis, duas tantum species bigamiz esse referat.

Nulla tamen species bigamiz, nec ratione illius irregularitas contrahitur, quæcunque matrimonia celebrentur & cum femina cuiusvis status, nisi carnalis commixtio in illis matrimoniis intercedat, vt habetur in d. cap. debum de bigam. de contrahente duo matrimonia, vel cum vidua: quia si non est in vtroque matrimonio copula, non est bigamia.

Contrahens autem cum vidua à priori marito non cognita, minime est irregularis, quamuis cum illa consummet, vt cauetur similiter in d. cap. debum.

Nec si contrahat cum vidua à priori viro cognita, vel qualitercunque corrupta, si cum illa copulam non habeat, vt iure bene probat Sanchez vbi supra d. numero 4. citans tex. in cap. fin. distinctione 24. & c. fin. de bigam.

Et numero 5. merito increpat Magistr. Sentent. in quarto, distinctione 27. (quem omnes reprobat) dicentem, per matrimonium ratum contrahi bigamiam: quod est contra tex. expressum in d. cap. debum de bigam. & similiter audiendi non sunt Rosel, Montaigna, & alij affirmantes, professum in eundem matrimonium, nec illum consummantem effici irregularem, sunt namque in hoc præd. Authores lapsi, quoniam nulla tunc contrahitur irregularitas.

Si quidem copula necessaria est, vt irregularitatem incurrat professus, vel clericus voti solennis transgressor per contrahendum matrimonij, sicut in bigamia vera, & interpretatiua, vt melius cum aliis probat Sanchez d. numero 5. & alia circa hanc primam speciem bigamiz bene examinat Sanchez vbi supra, numero 6. cum similibus apud ipsam videnda, de quibus hic agere conueniens non de creui.

Circa secundam speciem bigamiz, hoc est interpretatiue, obseruandum est, quatuor modis posse bigamiam hanc interpretatiuam incurrri. Primo, quando quis duo matrimonia contrahit, & consummauit, alterum validum, alterum de facto, id est, nullum, siue priori coniuge viuente, siue defuncto.

Secundo, quando duo quispiam contrahit matrimonia de facto, id est, ambo irrita. Tertio, quando ducit viduam à priori viro cognitam, vel per fornicationem corruptam, & cum ea consummauit matrimonium. Quarto, quando virginem à se ductam, atque postmodum adulterij conscius eam carnaliter cognouit, l. 35. titulo quinto, partita prima.

Pro primo modo adducit etiam tex. in cap. numero in fin. de bigam. & in d. l. 35. in versiculo, otro talseria se algun clerico. vbi sermo habetur de clerico, qui ante sacrum ordinem matrimonium contrahit, atque in eo iam constitutus, aliud matrimonium celebrauit, deciditur namque ibi, eum tanquam bigamum reputari, non propter sacramenti defectum, cum saltem posterioris matrimonium irritum sit, sed ob intentionis affectum ad duo matrimonia cum opere carnali subsequuto: ergo cum similis affectus cum opere subsequuto reperitur in primo, & secundo bigamiz modis præd. idem in vtroque dicendum est: erit sic contrahens ex juris interpretatione bigamus, & irregularis, vt cum communi contra Enriquez

plurimos citans in quolibet modo ex supradictis primo, & secundo, tenet & probat Thom. Sanchez lib. 7. de matrim. distinctio 82. numero tertio. vbi etiam, quod quamuis aliqui DD. ex ibi per eum citati appellent bigamiam in hoc duplici casu similitudinariam, communiter tamen appellatur interpretatiua, & vltra Thom. Sanchez vbi supra eandem sententiam in primo modo ex suprad. tenet & communem Theologorum, & Canonistarum affirmat Suarez vbi supra sectione 2. numero 2. vbi numeris sequentibus alias duas opiniones DD. refert in hoc articulo, vnam distinguentem, aliam simpliciter negantem, & numero 6. cum communi etiam resoluens, quod is, qui viuente prima uxore scienter contrahit secundas nuptias, sit irregularis, si cum vtraque consummauit: & numero 9. cum sequentibus plurimis modis ampliat præd. communem sententiam.

Ex quibus deducitur primo, irregularem esse, qui vera uxore nondum cognita, eaque superflue ad aliud de facto matrimonium transiit, illud consummans, si postea coactus ab Ecclesia redire ad legitimam uxorem eam carnaliter cognoscat, vt cum D. Thom. & Asten. tenet & probat Th. Sanchez d. disputatio 82. numero 4. qui numero 5. improbat temperamentum Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 6. numero 9. in comment. littera X. dicentis, quod sit irregularis, qui duplex matrimonium contrahit, nisi vbi semel matrimonium irritum contraxit, cognita eius nullitate ad aliud transeat, hoc tamen & recte, verum non credit Sanchez vbi supra ex rationibus de quibus ibi per eum.

Ille tamen quæstio satis controuersa est in proposito, nempe an superiora de irregularitate incurrenda procedant nedum in eo, qui priori legitimo matrimonio dissoluto contrahit aliud de facto, id est, irritum, quando conscius impedimenti irritantis posterius inuitur: sed etiam si ignorans impedimentum bona fide putans se valide contrahere secundas contrahat nuptias? & minime in hac vltima specie incurrere hæc bigamiz irregularitatem tenent nonnulli, quos refert & sequitur, & late præbat Thom. Sanchez d. disputatio 82. num. 6. sed nihilominus contraria sententia verior, & communis est, quam tenent Ioan. Andreas, & alij plures Authores relati per eundem ibidem ad fin. d. num. 6. vbi eam profiteretur communem, quam etiam sequitur, & bene probat Pater Suar. vbi supra d. sectione 2. num. 8.

Deducitur etiam ex superioribus, quod si quis ducat viduam in uxorem vel fornicarie cognitam, & matrimonium hoc sit nullum propter impedimentum irritans interueniens siue cognitum siue incognitum, irregularis erit per tale matrimonium consummatum: argumento tex. in d. ca. fin. de bigam. atque ita hoc expresse affirmat Ricard. in quarto, distinctione 27. articulo 4. questione 3. Conar. in Clementina si furiosus prima parte relecti. §. 2. num. 2. versic. 2. & 3. dicens esse sententiam communi consensu probatam à Doctoribus Theologie in d. distinctione 27. & à Canonistis super d. tex. necnon & Pater Suarez vbi supra sectione tertius, versic. dubitatio vero est, num. 3. (vbi numero 4. & 5. eam defendit à fundamentis Nauar. in Manual. cap. 27. numero 195. & lib. 1. consilio primo. de bigamis late oppositam sententiam probat) eandem priorem sententiam probat, Rota de bigam. decess. prima: in nouis: estque communis, vt cum Couar. & aliis affirmat Sanchez d. disputatio 82. numero 10. qui numero 11. affirmat verius esse contrarium, nempe non incurri irregularitatem in hoc casu cum Nauar. vbi supra, & aliis pluribus, quos ibi refert, & late probat eorum opinionem: ego vero nihilominus communem sententiam (hoc est priorem) probo, nedum in præ-

missa specie, sed etiam si illud visum matrim. cum vidua vel corrupta celebratum sit validum iuxta Ecclesie præsumptionem, quamuis in foro conscientie non sit tale, vt si consensus sit fictus, vel ante Concil. Trident. aduult copula animo fornicario habita post sponsalia de futuro, vt affirmant in vtroque foro Palud. Supplemementum Gabriel. & simpliciter Tabien. quos refert Sanchez vbi supra numero 12. quamuis ipse ibidem Enriquez, & Vivald. dicat, esse probabilius non incurri in hac specie irregularitatem, & hoc tenet etiam Auila vbi supra versic. secundo notandum est. circa fin.

An autem ducens secundam à se solum desoriatam efficiatur irregularis? disputat & refert duplicem sententiam in hoc Sanchez d. lib. 7. de matrim. distinctione 84. numero 4. vno tertio. primam affirmatiuam, quam tenet glossa, in cap. marium, verbo concubinam, distinctione 33. & in cap. nemo in fin. distinctione 32. Hostiens. Ioann. Andr. Imol. Anchar. Archid. & Sum. Asten. secundam negatiuam, cui ipse adhæret numero 14. nempe hunc non esse bigamum neque irregularem, & est D. Thom. in quarto, distinctione 27. questione 3. articulo primo, quæstioncula tertia. ad secundum. & aliorum quam plurimorum Auctorum ex vtraque Schola, quos in vnum congerit, & citat, ibi respondens fundamentis contrarie sententiæ affirmatiuæ: ex quorum numero satis apparet hanc esse receptissimam sententiam, ita vt temerarium, forsitan videri posset ab ea recedere, quam & verior, & sequendam omnino esse censo, eamque communem affirmat Pater Suarez de censur. d. disputatio 48. sectione tertia. versic. dubitatio vero est, numero sexto, dum dicit communiter DD. asserere, hanc irregularitatem solum contrahi, quando quis ducit corruptam ab alio: & numero 7. eam probat, & constat ex l. 35. ibi, fueras ende si. el mismo la ouera auida ante virgen.

Ratio autem cur maior castitas in hac materia ex parte vxoris, quam ex parte viri requiratur, (salis exclusis traditis à glossa communiter recepta in cap. debum de bigam. verbo, cognitam) assignatur à D. Thom. in quarto, distinctione 27. questione 3. articulo 1. quæstioncula 3. de qua per ipsum, quam communiter Theologi recipiunt, & nonnulli iurisperiti, secundum Thom. Sanchez vbi supra, num. 9. contra Bellarmin. ab eo relatum, qui aduersum eam fortissime insurgit, sed à communi omnium sententia recedendum non est, secundum Sanchez ibidem, qui eam rationem D. Thom. defendit ab impugnatione Bellarmin. de qua etiam late, per Suarez vbi supra versic. hæc igitur species bigamiz, vbi quod ratio præd. D. Thom. est factis metaphysica, & subtilis, quare in ea non immoror.

Vltima species bigamiz interpretatiue, est, quam incurrit ducens virginem, si postquam adulterata est, illam carnaliter cognoscat, tex. in cap. si cuius, & in cap. si laico, distinctione 24. vir namque cognoscendo uxorem suam ab alio cognitam efficitur maritus corruptus, & ideo proinde iudicatur, ac si cum corrupta contraxisset, censeturque ex juris interpretatione carnem suam in plures diuisisse, sicut vxor, cum qua efficitur, vna caro, in plures diuisit, nempe in ipsam vtrumque cognoscentem, & in eum, à quo alias cognita fuit.

Illud autem in proposito scire oportet an ad incurrendam hanc vltimam speciem bigamiz interpretatiue requiratur quod vir sciens, & prudens uxorem adulteram cognoscat: secus, si ignorans inuincibiliter maleficium vxoris ad illam bona fide accedat, vel quocunque horum modo hoc factu-

